Non venias quare tam longo tempore Romam,
Haec puto causa tibi est, ne tua vina bibas.

## XXXVII.

Turis et aequarum cultor sanctissime legum, Veridico Latium qui regis ore forum, Municipi, Materne, tuo veterique sodali Callaïcum mandas si quid ad Oceanum,

## 18. amaret. XXXVI, 4. toxica saeva

secum m
 Phaon] Pean abelpsw et corr.h.; Pacam pr.h amarat XACabchμα: amarit 1: amaret reliqui cum P.
 Non Ομαα: Noc reliqui cum Pm. Bachi Pφ: Bacchis XAC puellac P
 videret XA

XXXVI. \* Ad Munnam TX: Ad Nunnam A: Ad Nunam h. [1—6. om. T.]

1. Massilum h quodquid X colunt hlpB: condunt margo h: colant Beverlandus.

3. Ad to cl. Munma a: Nunna A: Munda m tu] cum h 4. toxica (tosica s) vina vias (suas pr.A: suis X) XAClsXD: toxica plena vias Gruteri tertius: toxica texta margo luntinae Lemairii; toxica saeva (scaeva φ) vias reliqui cum P.

5. Nec] Haec φ contecta XC 6. sit] flat h: sint aucellis XA Setia] Seria abσωμκ: tecta AChpB: recta X: Massica! caria C: cura X: carina hpB 7. venics O

8. tibi] tua XA: via C: om. l: est causa puto B nec tua Xb: fetida margo Iuntinae Lemairii.

XXXVII. Ad Paternum iuris poritum X. [Hoo et sequens Epigr. exhibet codex W.] 2. viridi pr. A logis o 3. Municipii X: Nuncapi s cotoriquo X 4. Calliacum 1: Galliacum pr. h: Gallicum p mandans asso coquid B et Heinsius: numquid Gruterus. Vide Gronov. Diatr. I, p. 456. Hand.

An Laurentino turpes in litere regain such tislabul	5
Et satius tenties ducere credis faceigno zon O	•
Ad sua captivum quam saxis primitiese siullimijus)	ð
Visus erit libris qui minor esse tribus! or o	
Et fatuam summa cenare pelorida mensa (1) 2003	
Quodque tegit levi cortice concha brevis,	1
Ostrea Baianis quam non liventia testis,	
Quae domino pueri non prohibente vorent!!!	1
Hic olidam clamosus ages in retia vulpem	
Mordebitque tuos sordida praeda canes.	
Illic piscoso modo vix educta profundo de la calenda	1
Impedient lepores humidadina meos. — 11111	
Dum loquor, ecce redit sporta piscator inani,	
Venator capta maele superbus adest.	
Omnis ab urbano venit ad mare cena macello.	
Calleicum mandas si quid ad Oceanum.	2

# XXXVIII.

molles tibi quindecim, Calene, Quos cum Sulpicia tua iugales

XXXVII, 9. fatuum 10. Quesque 12. pueri domino 18. mele XXXVIII, 2. Sulpitia

5. turpis W: turpe sit litore c 6. Ad satius Xp: Ac satius? teneros hlp cerdis A acus PWA. 7. captivos, XAC mulsum O: mulum  $\varphi$  8. qui] vi Heinsius: minus Wácsuz $\varphi$ 9. fatuum acmsuz $\varphi$ Y summa] musa 2. 10. Quadque O: Quoquo XAp: Quosque reliqui. legit XAl tincta levis pr.h 11. Hostrea 🔏 quam non] quanquam hp non libentia XPW: non lucentia C: non lugentia e: conniventia Heinsius. 12. pueri 13. Colchidam Xp: Cholchidam domino Soriverius. vocent l pr.A: Colohidicam CB agas a volpem W 15. piscosio X 16. umida XAW vina h nix l subducta Heinsius. 17. venit PW portat L: porta c 18. capto WP: capta reliqui. maclo ,, petustissimus codex membranaceus" Scriverii ad X, 104, 14., Salmasius, Rutgersius, Grotius Syllog, Epists. II, p. 386... melo P et corr.u; male WY (!) et liber Scriverii; meate XA et liber Scriverii alius: matce s: marte Oua et pr.u: matre reliqui cum mB, plerisque membranis et editione principe Scriverii.

19, venit mea cena] praeda zo marcello w: matello c: macelli XA et corr. C: libelli pr.C: flagello pr.h 20. Gallaicum O: Galliacum pr.h; Gallicum p: Collaicum w: Colloicum s mandans h et quid O: ecquid 28: aum quid Gruterus. of The magazine XXXVIII. Ad Calenum de Sulpicia uxore X.

28

Indulait deus et peregit annos!
O nox omnis et hera, quee notata est

Caris litoris Indivi Iapillis!
O quae praelia, quas utrinque pugnas
Felix lectulus et lucerna vidit
Nimbia chris Nicerotianis!

Vixisti tribus, o Calena, lustris.

10 Actas hace tibi tota computatur
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos vel unam,
Malles, quam Pyliam quater senectam.

## XXXIX.

Consule te Brato quod iuras, Lesbia, natam, Mentiris. Nata es, Lesbia, rege Numa: Sic quoque mentiris. Namque, ut tua saecula narrant, Ficta Prometheo diceris esse luto.

## XL.

Semper cum mihi diceretur esse Secreto mea Polla cum cinaedo, Irrupi, Lupe. Non erat cinaedus.

XXXIX, I. quid iuras, Leabia natam?

3. saecula noris,

2. Numa!

<sup>4.</sup> quae] quot Heinsius.

5. literis Indicis lapillis Act literis ludicis et lapillis X. literis et Indicis lapillis PW: Indicis (con. literis) lapillis C

8. Nimbris X chria) nebula 1
Nicerontianis 1: Niceronianis suuze et pr.h.: Niceronianis s

11. selus APW numeros x amariti A: maritos Heinsius.

12. tegatam suu 13. Adtropos X: Autropos ubur: anthropos h
Autroposve (atropisve P) lunam PW

XXXIX. \* Ad Lesbiam TX. 1. quod Tp: quid reliqui.

Aliter dispunzi. 2. Numa] mutia b 3. narrent s'U: narres

XAClpB et ,, membranae plures et meliores "Scriverii: nam qui tua

saecula narrant P et ,, alii soripti" Scriverii: noris Schmiederus.

4. Prometheo] metheo P

XL. Ad Lupum de Polla X. 2. Secretà y ( med 2 3. Iarupe X

#### XII.

Mense novo Iani veterem, Proculeia, maritum
Deseris atque iubes res sibi habere suas,
Quid, rogo, quid factum est? subiti quae causa doloris?
Nil mihi respondes? Dicam ego, praetor erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Milibus, ut nimium munera parca dares,
Et populare sacrum bis milia dena tulisset.
Discidium non est hec, Proculeia: lucrum est.

#### XLII.

Tam dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam Halitus et soles et levis aura ferat. Celantur simili ventura Cydonia lana, Pollice virgineo quae spoliata nitent. Fortius impressi quotiens tibi basia quinque, Barbatus labris, Dindyme, fio tuis.

## XLIII.

Septima iam, Phileros, tibi conditur uxor in agro. Plus nulli, Phileros, quam tibi, reddit ager.

# XLIV.

Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos Et viridem Tethyn Oceanumque patrem,

28 \*

XLI, \* De Preculcia T: Ad Proculciam K. 1. Mensam novi T novo] neno w: quidem l Jani] iam A 3. Quid rege o inquit quid z: Qued rogo quod p 4. respondis T crit l 5. Cum statura A: Constitura corr.h Megalesis h 6. Militibus T parts p: parva T 7, bis con. XA 8. Dissidium Oct est Gryphicace.

XIII. \* Ad Didymum T: Ad Dindymum X. 1. Iam 1 dubio T 2. Aktus OP solo \( \phi \) legis \( \phi : \) mellis \( \phi : \) atura \( Heinsius : \) Cydonea \( TXb \) lanca \( T : \) 5. imponsi \( T : \) basia \( T : \) quinquis \( quinquis \) quid \( quod \( Heinsius : \) 6. Didymo \( \phi : \) Didimo \( Tz : \) Dyndimo \( A : \) fistuis \( X : \)

XLIII. \* Ad Fileron T: De Philerote X. 1. Septima amphiloros X Fileros T, non versu altero.

XLIV. Ad Quiding X.

Calidanies of a Calidadio XA

visure] surg P.

2. Tethym hug:
Thetin AP: Thetim Obw

5

ŧ.

. . t a . r..

Otia, nec retinet rusque focusque senem!

Gaudia tu differs, at non et stamina differt
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.

Praestiteris caro—quis non hoc laudet?—amico,
Ut potior vita sit tibi sancta fides;

Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis Teque tuas numeres inter amicitias.

#### XLV.

Si quid lene mei dicunt et dulce libelli,
Si quid honorificum pagina blanda sonat,
Hoc tu pingue putas et costam rodere mavis,
Ilia Laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas, si delectaris aceto:

Non facit ad stomachum nostra lagona tuum.

#### XLVI.

Omnia vis belle, Matho, dicere. Dic aliquando Et bene; dic nentrum; dic aliquando male.

### XLVII.

Witam quae faciant beatiorem,

# XLV, 6. lagena XLVII, 1. faciunt

3. Momentana O: Numentana z relinquas XA: relinquis lz?

4. Otio A retinent kl [5.6. apponit D.] 5. differt]

Mers XAC [A versu 6. in XAC novum Bpigrumma incipit,
,, Ad. Quintum, '' quod tamen lemma non habet 9.]

4. Constant in the properties of the constant in the con

pene XAClpB: molle wet corr.a 2. blaude Z 3. North T Hee linguae putas XA: Hee clingue putas ChpD: Hee languere putas X tostam X ques tam X reddere c mavi XA 4. Illa XA: Illi b Laurenti XA cuin tidemus X 6. lagona TAPs: lagona X lagona reliqui.

XLVI. Ad Mathonem X.

\* 25

"XLVII. \* Ad Marcieloni filium T: Ad Martielem de vita Sentiore Es aux 1. faciant TRAh: faciant/reliquide beatorum Treme High-sio: locundiorem P

Incundissime Martiality hase suntries and has to all Res non parta labore, sed relicia to the Manife Non ingratus ager, focus perennis; andiep al Lis nunquam, toga rara, mena quieta; ... 197 501 Vires ingenuae, salabre corpus; and leaves at 192 Prudens simplicitas, pares amici; Convictus facilis, sine arte mensagn ...! ... andard Nox non ebria, sed soluta curis; 100, about Non tristis torus, et tamen pudicus; a ma come til Somnus, qui faciat breves tenebras: Quod sis, esse velis nihilque malis; Summum nec metuas diem, nec optes.

# XLVIII.

Nunciat octavam Phariae sua turba invençae Et pilata redit iamque subitque cohors. Temperat haec thermas, nimio prior hora vapore Halat et immodico sexta Nerone calet. Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis? Septem sigma capit; sex sumus, adde Lupum.

# XLVIII, 3. nimios — vapores

XLVIII. \* De convivio suo T: Ad Flaccum de incumdo com

<sup>2.</sup> Iocundissime TOP: Iocondissime • [3. 4. om. T.] perhennis P 5. quietas T 7. pares — facilis om. p 8. Coniunctus O facili C 10. at tamen Oabeswzopuse et parinus 8284.: sed tamen At: et tamen cum reliquis 19: 12. Quid h sis] si X maius Pozo 13. Summam c. Somnum A nectuas T

XLVIII. \* De convivio suo: T: Ad Flaccum de incumdo copolitivio X. [1—0. om. T.]

1. Nuntia O: sua turum XA:

sua cura C: natura 1pB: inventae o 2. Et pileata em en

deteriores" Grutero: Atque pilata Scaliger. redict b 1. 2. sic legit

Heinsius Adverariis p. 474 sq. "Nuntiat octavam Phariae: sua turba

iuvencae, Et pila iam, tereti iam subit orbe (vel acre) trochus."

3. haec] boc absw: hic a nimio—vapore XAChipwit et

corr.a: nimios—vapores reliqui.

4. Alat P: Balat bow et pr.h:

Ballat s: Hae l: in modico O: in medico P sexte s

5.

Coreali 1: Ceriatis Pb. 6. sicua Aaclawd.et pr.h: tigma morge Coreali 1: Corialis Pb 6. signa Auclswhet pr.h.: stigma marge a: summa margo h capis vel addo Roius.

Exoneraturas ventrem mihi vilica maivas

Attulit et varies, quas habet hortus, opes. In quibus est lactura sedens et tonsile posrum: Nec deest ructatrix mentha nec herba salax. 10 Secta coronabunt rutates eva lacertos Et madidum thynni de sale sumen erit. Gustus in his; una ponetur cenula mensa, Haedus, inhumani raptus ab ore lupi, Et quae non egeant ferre structoris ofellae, 15 Et faba fabrorum protetomique rudes. Pullus ad haec cenisque tribus iam perna superstes Addetur; suturis mitia poma dabo. De Nomentana vinum sine fine lagona, Quae bis Frontino consule prima fuit. 20

9. et sectile porrum: 19. sine faece lagena, 20. plena fuit. 21. Accedent

Accedunt sine felle ioci nec mane timenda Libertas et nil quod tacuisse velis.

Auit vet Auot Heineine.

dens bs: Accedent reliqui. loci P

7. Exoneraturas] Exonerat XA: Exonerat curas besw et pr.a:

21. Accedunt T: Accedant hp: Acce-

22. nibil h vellis 🗭

Exonerat ventrem curas h: Ventrem exonoraturas l malva abesw
8. quas tulit q: quas parit vel dabat Heinsius. ortus AP
9. est om. T: et Heinsius. sedens] revents hpB tonsile
TXACNO et ,,plures' Scriverii: sectile reliqui.
10. Nec deest
ruptatrix chquus et palatinus alter tertiusque Gruteri: [Nec deest]
stupfatrix n, antiquus oodex" Domitii: Nec est stuppatrix m: Et destupratrix (destupatrix A) menta et (mentaque et l, menta nec COS,
mentha sed N herba XACNO: Nec deest ructatrix cum reliquis D.
11. Septa oz, corr.a et Arondellianus Gronovii Syllog, Epistt.
II, p. 524.: Serta b ructatos COS: ruptatos be: rotatos hsun et
pr.a ,, quidamque libri" Scriverii: roratos ,, quidam" Scriverii: rutatos cum reliquis ,, meliores membranae" Scriverii et P.
12. thyani] tenni pB: tymn T: tetigl l 13. Gastus in his T et
Scriverius: Gastus in his D: Parvus in his XACOMIN et Gruteri
pulatinus alter et tertius: Parvus (Panus e) enyx reliqui.
14.
Race dos X [15. 16. om. T.] 15. egeat IX stricturis l:
farcteris O ofella XACIN: Ofeltae Heinsius.
16. Ut Heinsius.
prototanique h: prototumique XACls et pr.a: prototunique d
17. ad hace om. l perna] frena XA: parva abchuu: cena lpB
18. Additur T 19. Numentana T virum T sine fine
T: sine facco reliqui. lagona TAP; lagoena Xu: lagona reliqui.

De prasino conviva meus venetoque loquatur, Nec faciant quemquem pocula nostra, reum.

#### XLIX

Cum potes amethystinos trientes Et nigro madeas Opimiano, Propinas modo conditum Sabinum Et dicis mihi, Cotta "Vis in auro?" Quisquam plumbea vina vult in auro?

#### L.

Frangat Idumaeas tristis Victoria palmas,
Plange, Favor, saeva pectora nuda manu.
Mutet Honor cultus et iniquis munera flammis
Mitte coronatas, Gloria maesta, comas.
Heu facinus! prima fraudatus, Scorpe, iuventa
Occidis et nigros tam cito iungis equos.
Curribus illa tuis semper properata brevisque
Cur fuit et vitae tam prope meta taae!

#### 24. fecient

<sup>23.</sup> parrasino B Scipiaguo loquatur X.A et 4, due scripti"
Seriversi: Scurpoque Salmasius, laquar T: loquetur q et Gryphisnie. De prasino scutogue (Scorpoque Gruterus) meus (meus P)
conviva loquatur D 24. Non h et Gruterus: No a faciant TX:
faciant O Gruterique palatinus alter et terius: faciant reliqui.

XLIX. In Cottam X. 1. putas A ametystynos A: amothystino Salmasius Exerciti. Plin. p. 290. trientes colores ?

2. Opiniano by 4. Cocta APa: quanta h 5. [om. w.]
vinca A vult] vis P

L. Ad Scorpum X.

faror \( \text{q} \) sacva \( \text{j} \) secva \( \text{q} : \text{seca } \text{2} : \text{reseca } \text{28} \) medare manu \( C \)

3. Mittat \( Heinsius. \) amor \( C \) ct] det \( \text{28} : \text{per Heinsius.} \)

bioiquis \( \text{gloria } \) by \( \text{Mutet honoratas } \text{his} \) coronates \( A \) copa \( \text{copa } \) by \( \text{copa }

con a contract of the second squartury

Sidera iant Tyrius Phrixei respicit agni Taurus et alternum Castora fugit hiems;

Ridet ager, vestitur humus, vestitur et arbor, Ismarium pellex Attica plorat Ityn.

Quos, Faustine, dies, quales tibi Roma Ravennae Abstulit! o soles, o tunicata quies!

O nemus, o fontes solidumque madentis harenae Litus et aequoreis splendidus Anxur aquis, Et non unius spectator lectulus undae,

Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris! Sed nec Marcelli Pompeianumque, nec illic Sunt triplices thermae, nec fora iuncta quater,

Nec Capitolini summum penetrale tonantis, Quaeque nitent caelo proxima templa suo.

Dicere te lassum quotiens ego credo Quirino: "Quae tua sunt, tibi habe: quae mea, redde mihi."

#### LII.

Thelyn viderat in toga spadonem.

Damnatam Numa dixit esse moecham.

LI, 3. arbos: 5. qualem tibi Roma Ravennam LII, 1. Thelin

Ll. Ad Faustinum X.

1. Prixei A anni z

2. figit

All: fugis h

3. arbor PXACbhlzp: arbos reliqui.

4. Ismarum b pelex P: paelex XA Itym x: Ithim Ohus

Faustina b et pr. a quales tibi (qualesil tibi A) Roma

XACOblpswzo XB et bodleianus: qualis tibi h: qualem tibi A) Roma
reliqui. Ravennae XCbolpB et bodleianus: Revennae A: Ravenna

Io: recessus O: Ravennam reliqui.

C tunicate P

S. Anxur] axis bm: anis c: aris P

speculator Heinsius.

10. pupes o maris] rates XACObhlpX:
sali Heinsius.

11. neque zl Marcellum l illi As

12.
uncta b: victa lzB

13. Capitulini X penetra P

14. vident lp sua C

15. lapsum abcswz Querino X: Quirini l

16. tua om. s tibi om. C

LII. De spadone X. 1. Thelyn viderat O: Thelinus derat A: Telynus deerat X: Thelinus (Zelinus C) deerat ClpB: Telinus viderat aw: Tethim (Tethyn corr.) viderat h: Thelin viderat bazp: Thelin (Thelim 1) viderat reliqui cum P. in loco 185 2. Damnata O: Bannatam s esse om. C moechas 1: mediam P

### ter the **Lill** and the

Ille ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi, Plausus, Roma, tui deliciaeque breves, Invida quem Lachesis raptum trieteride nona Dum numerat palmas, credidit esse senem.

#### LIV.

Mensas, Ole, bonas ponis, sed ponis opertas. Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

### LV.

Arrectum quotiens Marulla penem Pensavit digitis diuque mensa est. Libras, scriptila sextulasque dicit. Idem post opus et suas palaestras Loro cum similis iacet remisso, Quanto sit levior Marulla dicit. Non ergo est manus ista, sed statera.

## LVI.

Totis, Galle, inbes tibi me servire diebus Et per Aventinum ter quater ire tuum.

LIII. post L collocatum. LV, 3. scriptula

LIII. \* De Scorpo TX. 1. ego om. s corpus T o cla-2. Lausus XA 3. quam so laceris T mosi P cirri b triteride bwo nova P

<sup>1.</sup> Holle op ponis bonas P LIV. \* Ad Olum TX. 2. est om. be ego] et c et Heinsius: om. b apertas T habe A

LV. Ad Marulla X. 3. Libra AC scripula XACezo et corr.a: scriptula A; scripulas ko et pr.a: scriptulas P: stripulas b: scrapulas Ohsun: scrapula a 4. tuas c 5. iace XA remissus Opua: remisso cum reliquis mP. 6. brevior h 7. est om. 1: est ergo h

LVI. Ad Gallum X. 1. servire] sed iure b. quaterque ire tuem A: quaterque tuum aces lutum que aces Heinsius.

Eximit aut reficit dentem Cascellius aegrum, Infestos oculis aris, Hygine, pilos.

Non secat et tollit stillantem Fannius uvam,
Tristia servorum stigmata delet Eros.
Enterocelarum fertur Podalirius Hermes:
Qui sanet ruptos dic mihi, Galle, quis est?

# LVIL

Argenti libram mittebas; facta selibra est, Sed piperis. Tanti non emo, Sexte, piper.

#### LVIII.

Anxuris aequorei placidos, Frontine, recessus
Et propius Baias litoreamque domum,
Et quod inhumanae cancro fervente cicadae
Non novere nemus, flumineosque lacus
Dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pierides, nunc nos maxima Roma terit.

## LVI, 4. Higine LVIII, 6. Pieridas

<sup>3.</sup> Castellus X: Casselius s: Casellius Oahφμκα: Cascellius cum reliquis Φ.

4. Infestis z oris XAClB^ Hygine P: Ygine X: Highe AOz: Yene b: Hiene Cl: Hienee φ: Inigne c: igne b: et igne rotius margo h.

5. Fanius P: Flannius absw 6. servorum P et Scriverii editio altera: saxorum Oabhlswzφμκα et margo σ: saxonum XACB: fastorum c: noxarum Heinsius: pyctarum Roius. Stegmata saxorum tristia h stegmata bc: stemmata asw Heros OPabwμκα et corr.h: heres pr.h: herus zφ: Ores XC: hero lpB: Rros reliqui cum "membranis" Scriverii. [7. 8. om. XACl.] 7. Raterechelarum φ: Encherocellarum ab: Rathrocellarum s: Enchrocellarum λ, margo Enterocellarum Podatyrius φ: Poladirius O: Polidarius cz

LVII. \* Ad Sextum T: Ad Flaccum x: ,, Non est Martialis "margo s: om. Epigr. q. 1. libra T salibra s 2. Sexte]
Flacce z

LVIII. Ad Frontinum O.

2. proprius baitis b: prope rus vel par rus Baitis Heinsius.

3. inhumane Soutiger. fervente] frante d cucide P

4. flamineosque a 6. Pierides OPublissus; Pieridas reliqui.

Hic mihi quando dies meus est? iactamur in alto
Urbis et in sterili vita labore perit,

Dura suburbani dum iugera pascimus agri
Vicinosque tibi, sancte Quirine, lares.

Sed non solus amat qui nocte dieque frequentat
Limina, nec vatem talia damna decent.

Per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes

Iuro deos, et non officiosus amo.

#### LIX.

Consumpta est uno si lemmate pagina, transis
Et breviora tibi, non meliora placent.
Dives et ex omni posita est instructa macello
Cena tibi, sed te mattea sola iuvat.
Non opus est nobis nimium lectore guloso;
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

## LX.

Iura trium petiit a Caesare discipulorum Assuetus semper Munna docere duos.

7. Hic mihi, quando dies meus est, iactamur in alto Urbis, et in sterili vita labore perit; Dura eqq. LlX, 4. mactea

<sup>7. 8.</sup> interpunzi ex mente Gronovii Observatt. I, p. 22. Antea sio meus est, iactamur — perit. Dura dispescebatur. Aliter Scaliger et Scriverius. 8. victa bhw 9. suburani µnu apri pr.h. Post versum 10. unius lineae spatium in 0. 11. solos O 14. et] ut margo Gryphii: te vel rus Heinsius.

LIX. Lemma z: In delicatum lectorem O 1. si] ni Heînsius. 3. structa b: structura h 4. sed me o matia Oput mattya a: mattea oum reliquis P. iuvat ObsuP et corr.hu: vivat pr.w: iuvant reliqui. 6. Nunc pu pano ha et ,, nonnutti codices "Domitii: poenae w: pono vel ponne reliqui cum (P) Gruteri omnibus.

LX. De Munna O: De Nunna A: De Numa c. 1. Margo s: "Hoe videtar non focisse Marcialis: nam boni poete nunquam in quinquisyllabo sermonem finiunt." 2. Nunna A: Numma cau: Numa ch, sed margo h Munna.

(·I

5

e mibil gamblo (Cet magent) instanta in after

Hic festinata requiescit Erotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hiems.
Quisquis eris nostri post me regnator agelli,
Manibus exiguis annua iusta dato.

Sic lare perpetuo, sic turba sospite solus Flebilis in terra sit lapis iste tua.

#### LXII.

Ludi magister, parce simplici turbae.
Sic te frequentes audiant capillati
Et delicatae diligat chorus mensae,
Nec calculator, nec notarius velox

5 Maiore quisquam circulo coronetur.
Albae leone flammeo calent luces
Tostamque fervens Iulius coquit messem.
Cirrata loris horridis Scythae pellis,
Qua vapulavit Marsyas Celaenaeus,
Ferulaeque tristes, sceptra paedagogorum,
Cessent et Idus dormiant in Octobres:
Aestate pueri si valent, satis discunt.

stes scepara (stepaca bh) abhw Ferulae quae P sceptra] stipata o paedagorum P 11. Cessant bh Octobris Ouxa: Octobres refiqui cum P: octobas G. H. Plathnerus Lectt. Iuvenat. in Seebodii Nov. Arch. 1830, 5. p. 33. [12. om. T.]

LXI. Epitaphium Herotionte O (Brotionis czo).

2. quem abchsz? (? non P) et ,, scripti infimae vetustatis "
Scriverii: quoque o sexta] saxa aw peredit zo: peregit Heinsius Adversariis p. 466.

3. Quisque o erit c 6. terris z

LXII. \* De pueris T: Ad magistrum ludi O. [1—9. om. T.]
2. Si Gryphianae. frequenter bch 3. Musae Lipsius.
5. quisquis abchsw 6. flamineo P 7. Tostemque  $\varphi$ 

<sup>8.</sup> Cirata &: Cirratas &: Scuticaque a ex perversa interpretatione verborum Domitii: ,,Pellis scytae i. lorum factum in souticam.

Ipsa enim scutica a sextos quod est corium dicitur. "Scutica atque loris Sealiger: Cirrata reliqui cum BD, palatino altero tertioque, Seriverii duobus et editione principe, scytae 1: scite b et corr.h: sectae Oun horridi Scythae Salmasius et Scriverius: Irata loris, horridis Scythae pellis Idem. Heinsio ,, Scythae videtur natum ex scutica." Vide Gronov. Diatr. Stat. I, p. 529. sq. vapulabit c Marsia w Celenaeus &: Celenaeus bo 10. Ferulaeque ari-

# forms dropned to could

Marmora parva quidem, sed non cessura; vistor,
Mausoli saxis pyramidumque legis.

Bis mea Romano spectata est vita Tarento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.

Quinque dedit pueros, totidem mihi luno puellas:
Cluserunt omnes lumina nostra manus.

Contigit et thalami mihi gloria rara faitque
Una pudicitiae mentula nota meae.

# LXIV.

Contigeris regina meos si Polla libellos,
Non tetrica nostros excipe fronte ioces.
Ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cum fera bella tuba,
Non tamen erubuit lascivo dicere versu
"Si nec paedicor, Cotta, quid hic facio?"

#### LXV

Cum te municipem Corinthiorum Iactes, Carmenion, negante nullo, Cur frater tibi dicor, ex Hiberis Et Celtis genitus Tagique civis! An vultu similes videmur esse! Tu flexa nitidus coma vagaris, Hispanis ego contumax capillis;

## LXIII, 3. Terento.

LXIII. Epitaphium aobilis matronae O.

2. Mausooli assess.

Mausoloi Phhpa logis s: leges reliqui: iugis Aurelianus... 3.

spectante b et pr.h vitta Lipsius et Heinsius. Tarento amnes notic (P) librique Scriverii constanter, v. I, 69. et IV. 1.: Torento let Gryphianae: theathra O 6. Cluserunt Oabh: Clausorunt reliqui. 8. pudiciecide P

LXIV. Ad Pollam O. 1. si forte P, unde Gruterus Regina edidit. labores pr.h 2. tretica b notos. Heinsius. 6. non 29 Cocta Pa Si nec paedico Salmasius.

 Laevis dropace tu cotidiano,
Himmis ego cruribus genisque;

10 Os blaesum tibi debilisque lingua est,
Nobis filia fortius loquetur:
Tam dispar aquilae columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare desine me vocare fratrem,

15 Ne te, Carmenion, vocem sororem.

#### LXVI.

Qui iussit fieri te, Theopompe, cocum?

Hanc aliquis faciem nigra violare culina

Sustinet, has uncto polluit igne comas?

Quis potius cyathos aut quis crystalla tenebit?

Qua sapient melius mixta Falerna manu?

Si tam sidereos manet exitus iste ministros,

Iuppiter utatur iam Ganymede coco.

## LXVII.

Pyrrhae filia, Nestoris noverca, Quam vidit Niobe puella canam, Laertes aviam senex vocavit, Nutricem Priamus, socrum Thyestes,

LXV, 8. quotidiano LXVI, 1. Qui rogo

<sup>8.</sup> tu] tuo w: in s cotidiana P: quotidiana reliqui. 10.
blessum b tibi om. pr.h est om. 29 11. Nobis sibila—loquentur vel lequantur Reius: Non nobis lea Aurellumus. lequatur
Heinsius. 13. dereak O: dereas b et pr.h 15. Nec te eps
Charmenion 9

LXVI. De Theopompo O 2. Peopompe s coquum behze 3. coquina OabeswB et pr.h 4. polluere Heinsius: polui s: pollui Oaw in igne Oasw: inige b: ille c: ungue \(\mu \text{su} = \text{igne}\) \(\psi \text{topr.}\) palatinus akter oum reliquis. 5. kmt qui c. 6. musta pr.h 8. tam \(\varphi \) coquo behze

LXVII. Epitaphium vetulae O: De anicula Plutia pruriosa zg.
1. () prese q: Pyro O: Pirrae P: Pirto: b: Synthae z
2. canem besse et pr.h 3: Laborte P: wecabit QPabehannus

Iam cornicibus omnibus superstes, Hoc tandem sita prurit in sepularo. Calvo Plotia cum Melanthione.

#### LXVIII.

Cum tibi non Ephesos nec sit Rhodos aut Mitylene, Sed domus in vico, Laelia, patricio, Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis,

Durus Aricina de regione pater;

Κύριε μου, μέλι μου, ψυχή μου congeris usque, Proh pudor! Hersiliae civis et Egeriae.

Lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis, Sed quem lascivo stravit amica viro.

Scire cupis quo casta modo matrona loquaris:

Numquid cum crissas, blandior esse potes?
Tu licet ediscas totam referasque Corinthon,
Non tamen omnino, Laelia, Lais eris,

LXVIII, 5. Zwij xal wuzi lascivum congeris usque,

<sup>6.</sup> sicca dohsu pruriat de pruria desc: putret Burmannue in Anth. Lat. II, p. 529. 7. Plutia q et pr.h.: plucia P: Pluria d: Pluriat z: pluriam e: pruria usue: pruriat O Melanchione sus

LXVIII. \* A lelium T: In Leliam O.

1. nec Ephesos x aut sit pr.h Rodus T: rhoclos p Mythylenae T: militete, eorr. mitilete, P

2. vicos T Lelio O: Lilia P patrinio a; patrino b et pr.h

3. De cocoleratis T Etrucis T: Hetruscis p 4. Et durus T et de Boissonadius ad Aristaenet. p. B21., retractatis quae ad Nicet. Eugen. II, p. 288. dixerat.

5. Kvois pou, pêlis pou, yvyj pou Gronovius Observatt. IV, 22. p. 783.: KYPIE MVAELI MVPSICI MV T: Kvois, omissis retiquis, P: Kvois pou voi voi voi pou x: Cyriemu: theemu: psychemu O: ζωη και φυχη congeris usque κ: reliqui spatio relieto omitiunt Graecus coedec neapolitanus, quem i voco, man sea, habet Domine mei dous maus anima mea, ut expresserit idem quod habet O: alter neapolitanus, mihi n, omititi versum hao notuta addita, Deest hie versus culus sententia amatoria est. Margo, Vita et anima et corculum ζοι και γε (suprascr. psichi) tibi Lelia semper in ore : ζωη και ψυχη lascivam a, ex prava interpretatione verborum Domitil, qui Iuvenalis illa verba VI, 195. conferebat. Secuti sunt omnes. cogeris h 6. Ersiliab TPD: Ersilae w cuius m: lovis T egregio b [9. 10; om. T.]

9. saato P 10. oriess Pus: craesas pr.h 11. et discas T Curyakhan Quita 12. Thais pus: Lais reliqué cum Alme et palatina citero.

10

#### A COLUMN TO THE STATE OF THE ST

Custodes das, Polla, viro, non accipis ipsa. Hoc est uxorem ducere, Polla, virum.

#### LXX.

Duod mihi vix unus toto liber exeat anno,
Desidiae tibi sum, docte Potite, reus.
Iustius at quanto mirere, quod exeat unus,
Labantur toti cum mihi saepe dies.
Nunc resalutantes video nocturnus amicos,

Nunc resalutantes video nocturnus amicos, Gratulor et multis; nemo, Potite, mihi.

Nunc ad luciferam signat mea gemma Dianam, Nunc me prima sibi, nunc sibi quinta rapit.

Nunc consul praetorve tenet reducesque choreae, Auditur tota saepe poeta die.

Sed nec causidico possis impune negare,
Nec si te rhetor grammaticusve rogent:
Balnea post decimam lasso centumque petunt

# LXXL

Quisquis laeta tuis et sera parentibus optas
 Fata, brevem titulum marmoris huius ama.

 Condidit hac caras tellure Rabirius umbras:
 Nulli sorte iacent candidiore senes.

 Bis sex lustra tori nox mitis et ultima clusit,
 Arserunt uno funera bina rogo.

LXIX. Ad Pollam oz: De Polla O: 1. Castodem z nec Opma: non reliqui oum MOm et margine Gryphii.

mels Pro habe pr.h 3. has me raras—urbas Rotus. 5. mitis] misit bhy et pr.a clausit chap 6. Assersat more in the

LXX. Ad Potitum O. 2. toto potire s. 3. aut b quod ex ea ianus \( \rho \) 5. Non Schmiederus. resalutantis Obhsuu \( \rho \) 2. Noc te si gest b. 10. Auditor h. 11. Sed ne Gryphianae. 12. Nec te si \( \rho \): Nec si rhetor \( P \) grammaticusque \( c \rho \)
decumam \( \rho \): decima \( \rho \) a lapso \( \rho \)
LXXI. De Rabirio O. 2. Facta \( \rho \) turidus \( Rotus \). 5.

Hos tamen ut primis raptes sibi quaerit in annis. Improbius nihil his fletibus esse potest.

#### LXXII.

Frustra Blanditiae venitis ad me Attritis miserabiles labellis.
Dicturus dominum deumque non sum. Iam non est locus hac in urbe vobis; Ad Parthos procul ite pileatos Et turpes humilesque supplicesque Pictorum sola basiate regum. Non est hic dominus, sed imperator, Sed iustissimus omnium senator, Per quem de Stygia domo reducta est Siccis rustica Veritas capillis. Hoc sub principe, si sapis, caveto, Verbis, Roma, prioribus loquaris.

10

#### LXXIII.

Littera facundi gratum mihi munus amici
Pertulit, Ausoniae dona severa togae,
Qua non Fabricius, sed vellet Apicius uti,
Vellet Maecenas Caesarianus eques.
Vilior haec nobis alio mittente fuisset:
Non quacunque manu victima caesa litat.

5

# LXXIII, 1. mihi pignus

4. Caesareanus

<sup>7.</sup> maeret Heinsius. 8. nil cx iis 9

LXXII. Adulatorium O: Laus imperatoris zq. 2. miserabile z 4. hic asusy nebis ebehus 5. ire ba pilleatos OPq 7. Victorum vel Parthorum Heinsius. 10. Stiglo w relicta est pr.h 11. Sectis Hainsius. 18. prioribus Roma s

LXXIII. Ad Marcum X. 1. munus XAChlzo: pignus reliqui. 2. Protulit p; Attulit ,, soriptus" Soriverii. dona sara A: dona sera togae pertulit Ausoniae X: dona serena CiB: dona Severe aw et aliquando Heinsius: munora sera togae ,, optimus codex Exserptorum" Sariverii: dona superba vel Borlea dona Heinsius. 3. aptius s 5. Viliar ne hace nobis aliud X fuissont aw 6. [affert D.]

A te missa venit. Possem nisi munus amare, Marce, tuam, poteram nomen amare meum. Munere sed plus est et nomine gratius ipso Officium docti iudiciumque viri.

#### LXXIV.

Iam parce lasso, Roma, gratulatori,
Lasso clienti. Quamdiu salutator
Anteambulones et togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto,
Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat saccos?
Non ego meorum praemium libellorum,
— Quid enim merentur? — Appulos velim campos;
Non Hybla, non me spicifer capit Nilus,
Nec quae paludes delicata Pomptinas
Ex arce clivi spectat uva Setini.
Quid concupiscam quaeris ergo? dormire.

## LXXV.

Milia viginti quondam me Galla poposcit Et, fateor, magno non erat illa nimis.

LXXIV, 8. Apulos LXXV, 2. magni

<sup>7.</sup> Possim z: Posse b minus P 8. nomine — tuo Heinsius: nomine — meo Roius. poteram tu nomen P [9. 10. affert D: Sepe quidem plus est et munere gracius ipso — viri.] 9. munera A gratior XAChip

LXXIV. Ad Romam de salutatoribus X. 1. parte X
lapso c: Roma lasso h 2. Lapso bcz clientis aw 3.
Anto tabulouse p 4. morebur corrib 6. Ferventi C: Flaventis Heinsius. afferat Obbessousse: asserat 1: auferat cum reliquis XB9m. 7. praemium meorum hs 8. Appulles 9
9. specifer 1 caput P 10. Pontinas CObehlzousus: Pomptinas cum reliquis 9. 11. clivis XA: clini O una Oabson par h Sectini pr.h

LXXV. \* De Galla TX. 2. magno TXAP: magno be: magni reliqui: mango Seriverius in ouris posterioribus apud Burmann. Anthol. Lat. I, p. 243. erit T ille X

Annus abit: "Bis quina dabis sestertia," dixit. Poscere plus visa est quam prius illa mihi. Iam duo poscenti post sextum milia mensem Mille dabam nummos. Noluit accipere. Transierunt binae forsan trinaeve Kalendae, Aureolos ultro quattuor ipsa petit. Non dedimus. Centum iussit me mittere nummos; Sed visa est nobis haec quoque summa gravia. Sportula nos iunxit quadrantibus arida centum; Hanc voluit: puero diximus esse datam. Inferius numquid potuit descendere? fecit.

#### LXXVI.

Dat gratis, ultro dat mihi Galla: nego.

Hoc, Fortuna, tibi videtur aequum! Civis non Syriaeve Parthiaeve, Nec de Cappadocis eques catastis, Sed de plebe Remi Numaeque verna, Iucundus, probus, innocens, amicus. Lingua doctus utraque, cuius unum est, Sed magnum vitium, quod est poeta, Pullo Maevius alget in cucullo. Cocco mulio fulget Incitatus.

#### 7. Transierant ternaeve

<sup>3.</sup> dabit bhho 4. ista i 6. acceper T 7. Transierunt T: Transierunt reliqui. forsitan Th trinaeque x: terme ve P 8. ultra XAw ipse A: ille p 11. non w iussit e addita h 12. datam A 13. discendere T 14. Data (Dat P) gratisu ultro iam mihi P: Dat gratis ultro iam mihi P: Dat gratisu ultro iam mihi P: Dat gra Galla, nega Gruterus: Dat gratis ultro iam mihi Galla. Nego. Salmasius: Dat gratis: ultra det mihi Galla: nego. Roius.

B: Incitati Petr. Faber, v. Weicherti. Paett. Latt. Relig. p. 3250

### LXXVII.

Nequius a Caro ninil unquam, Maxime, factum est, Quam quod febre perit: fecit et illa nefas. Saeva, nocens febris saltem quartana fuisset! Servari medico debuit ille suo.

## LXXVIII.

Ibis litoras, Macer, Salonas, Ibit rara fides amorque recti Et secum comitem trahet pudorem. Semper pauperior redit potestas. Felix auriferae colone terrae, Rectorem vacuo sinu remittes Optabisque moras, et exeuntem Udo Dalmata gaudio sequeris. Nos Celtas, Macer, et truces Hiberos Cum desiderio tui petemus. 10 Sed quaecunque tamen feretur illinc Piscosi calamo Tagi notata, Macrum pagina nostra nominabit. Sic inter veteres legar poetas, Nec multos mihi praeferas priores, 15 Uno sed tibi sim minor Catullo.

# LXXVII, 2. perit:

LXXVII. Ad Maximum X.

1. Nequius acharo P: Nequius caro e: Nequius nil unquam b: De medico (E medico e) nequius nil (nihit s) unquam acesz et pr.h (a Caro corr.h): De medico nil maquam w 2. ille cuaa: illa reliqui cum AXPm.

3. Saevit X: Saepe Reius. artem quarta XA: ac tuno quartana C: utinam quartana his fuisses esp

4. ille XA:9; illa reliqui.

LXXVIII, Ad Macrum X. 1, () Is (h. c. Bis) a littorels of Alonas XA 2. Ibi p rata sol. rara" w 3, E A secum Ouxa: quae cum P: tecum reliqui. trahes bemzo et corrae; trahi P. 4. Sem A redi op 5. Felix airi felix s: Felix auforred 6. Retorem 1: Lectorem asw remittet XAIB: memittis P 8, Uda XACp sequeris A 9, certas XAC Unque of filling PxoB: om. C: illio reliqui. 12. Piscosi om. C Tacis XAC: Daci pB: dati 1 13. Marcum of 14. Hic binaligat & march 15. multo i praeferat XACi: praeferat dbw: praeferat xACi: praeferat dbw:

### LXXIX.

Ad lapidem Torquatus habet praetoria quartum; Ad quartum breve rus emit Otacilius.

Torquatus nitidas vario de marmore thermas Extruxit; cucumam fecit Otacilius.

Disposuit daphnona suo Torquatus in agro; Castaneas centum sevit Otacilius.

Consule Torquato vici fuit ille magister;
Non minor in tanto visus honore sibi.

Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim, Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

### LXXX.

Plorat Eros, quotiens maculosae pocula murrae Inspicit, aut pueros nobiliusve citram,

Et gemitus imo ducit de pectore, quod non Tota miser coëmat septa feratque domum.

Quam multi faciunt, quod Eros, sed lumine sicco! 5
Pars maior lacrimas ridet et intus habet.

LXXIX, 8. Nec minor LXXX, 1. myrrhae 6 ridet, et intus

LXXIX. De Torquate et Octacilio X.

breves emit p emit] habet x Octacilius ubique X, et praeter versum ultimum, A: Optacilius p: Otalitius auc: Otolicius, s [5.6.3.4. ponit P.]

capenam S: cumeram Beverlandus.

daphona AChl: dorphana asw in ore b 6. Castanea P

serit p 7. Consule Torquato Aoxy: Cousul Torquatus reliqui.

vice O: unus lpB 8. Non XACabolmso: Nec reliqui. mirore A 9. bos] vox XACX 10. Torquatum s Otacilius Acl

LXXX. De Torquato de Ero T: De Erote X: De Heros O.

1. Heros O: herus \( \phi \) morrae Xbh: murrae P; murra A:

myrrae O\( \phi \): tere T: myrrhue vulgo.

2. aut] vi T puero XA

noviliusve A S. ducit] promit Oabhozopuna: premit cs: mittit

hp: ducit reliqui cum PX. Burmannus in Ovid. Metam. I, 656. promit praefert ex tribus Vossiants, ell. Virg. Ass. II, 288; quid non

XAI A. Totamise comat T: Totam fert comam hip comma

XA: coenat comus: comet C: caena w: coemat cum reliquis X95.

5. Heros O\( \phi \) 6. lacrimens Gruterus. habet \( \phi \): havet

Gulielmius Verimill. III, 25.: agit Burmannus in Ovid. Ad Liv.

Aug. 114.

#### LXXXI.

Cum duo venissent ad Phyllida mane fututum Et nudam cuperet sumere uterque prior, Promisit pariter se Phyllis utrique daturam, Et dedit: ille pedem sustulit, hic tunicam.

## LXXXII.

Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus,
Mane vel a media nocte togatus ero,
Stridentesque feram flatus aquilonis iniqui
Et patiar nimbos excipiamque nives.
Sed si non flas quadrante beatior uno
Per gemitus nostros ingenuasque cruces,
Parce, precor, fesso vanosque remitte labores,
Qui tibi non prosunt et mihi, Galle, necent.

#### LXXXIII.

Razos colligis hinc et hinc capillos
Et latum nitidae, Marine, calvae
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt inbente vento
Reddunturque sibi caputque nudum
Cirris grandibus hinc et inde cingunt.
Inter Spendophorum Telesphorumque

LXXXI. \* De Filli T: De Phyllida X. 1. Pyllida XA: Fillida T: Phyllide O salitum T 2. cuperent c, probatum Burmanne in Ovid. Metam. IX, 712. summere O 3. Pillis X: Phillis TA alii. utrisque T: uterque X

LXXXII. \* Ad Gallum TX. 1. adiicit Obo: addit margo Gryphii. 2. eroo T: eo ,,membranae" Scriverii. 3. aquilonibus P 4. excipiantque X 5. Sed non T fies sux 6. gemitos A continuasque cruces ,, eadem Excerpta (v. LXXIII., 2.) et alius codex scriptus" Scriverii. truces X et pr.h. 7, fesso Tbemsuzov): lasso COamae: lassos XAM variosque c , 8. at mihi ?

LXXXIII. Ad Mariaum calvam X. 1. hinc et hic  $\varphi$ 3. tergorihus Scaliger. tegit XA: regis C 4. noti m: molli
C iuvente XA: iuvante C et Heinsius, qui et subinde et vibrante
ascripsit: farente Roius. 5. Redeuntque 1 6. Ciris  $\varphi$ hie b 7. Spendoforum P: Splendophorum Chehlmozum: Splendoforum as: Splendephorum  $\varphi$ : Spendophorum cum reliquis, vetuatae

Cydae stare putabis Hermerotem. Vis tu simplicius senem fateri, Ut tandem videaris unus esse? Calvo turpius est nihil comato.

10

5

#### LXXXIV.

Miraris, quare dormitum non eat Afer?
Accumbat cum qua, Caediciane, vides.

#### LXXXV.

Ham senior Ladon Tiberinae nauta carinae
Proxima dilectis rura paravit aquis.
Quae cum saepe vagus premeret torrentibus undis
Tibris et hiberno rumperet arva lacu,
Emeritam puppim, ripa quae stabat in alta,
Implevit saxis opposuitque vadis.

LXXXIII, 8. Cidae Post 10.: Tonsor iam reliquos metat capillos. LXXXIV, 2. Caeditiane, LXXXV, 4. Tybris

membranae" Scriverii. Telesforumque P: Thelesporumque A: Telephorumque zou: Thelephorumque O: Teleforumque s: Theophorumque x: Talephorumque abw 8. Cide stare uxa: Cides tare A: Cidesta reputabis B: Belle stare O Hermeroten O: Hermerotem aw: Hermoroten hs: Hermorotem pB: Almyrotem 4: Halmyroten a: Hermerotem reliqui cum Gruterianis (P). 9. Vis te, 9: Quin tu—fateris O: Vis tu simplicius? Senem fatere Gruterus.

<sup>10.</sup> Ut tandem videare calvus vel verus Heinsius. Post v. 10. a inculcavit hunc versum: Tonsor iam reliques metat (petat Gryphianae) capillos. De quo Gruterus: "Carmen istud edecuriondum ceuspurium, quod absit et ms. omnibus et edd. primis."

LXXXIV. Ad Caedicianum X. 2. Accubat Gryphianae. Cecidiane w: Caediciane vel Caeditiane cum reliquis P.

LXXXV. Be Ladone T: De Laudone nauta X. 1. Laudon X: laudo C Tyberinae FOP alii. 2. dilecti XA 2003. 3. Quae saepe T: Quem cum sepe b tormentibus w 1. terrentibus margo Gryphii: ferventibus Roius. 4. Tyliris TXAO o alii. Thibris P lacu PTanques: gelu reliqui anno XMm. 5. Etc. meritam T: Trimeritam b pupem T: puppem P. et. nasacio ani ext Oudendorpianis. ripae Chlp: ripae b alto T: alga Chipti: ania XA: algra b 6. Imple vix XA apposuitque Imb

Sic nimins avertit aquas. Quis credere posset?

Auxilium domino mersa carina tulit.

### LXXXVI.

Nemo nova caluit sic inflammatus amica,
Flagravit quanto Laurus amore pilae.
Sed qui primus erat lusor dum floruit aetas,
Nuno postquam desit ludere, prima pila est.

### LXXXVII.

Octobres age sentiat Kalendas
Facundi pia Roma Restituti.
Linguis osmnibus et favete votis;
Natalem colimus, tacete lites.

5 Absit cereus aridi clientis,
Et vani triplices brevesque mappae
Expectent gelidi iocos Decembris.
Certent muneribus beatiores.
Agrippae tumidus negotiator

10 Cadmi municipes ferat lacernas;
Pugnorum reus ebriaeque noctis
Cenatoria mittat advocato;
Infamata virum puella vicit?
Veros sardonychas, sed ipsa tradat;

<sup>7.</sup> advertit M possit TO: posse A 8. mensa O: mersaque crina T

LXXXVI. \* De Laure TX. 2. Fraglavit XA largus s 3. qui plurimus T; qui prius pr.h lusus XAClpUS et ,,membrance agustanta" teste Seriverio. 4. desiit asus

LXXXVII. \* De natale Restituti T: Ad Restitutum X. [, Fuius Epigrammatis prigres XIII, versus in X manu saeculi XIV. in spatium vacuum a pr. manu relictum suppleti sunt. "Hasius.] In T desunt 1—3., 5—16. et 19. 20. 2. Facunda O pila XAC alpswB 3. favere b 4. tacere b 5. Assit abu T. Expectant ch et Gryphianae: Expétent b locus XA: socs Historius. 9. domidus x negetiatur A 11. reus om. C 12. Coenatorium P mittas et 13. Infameta OPzalemes: Imparata XACabesw et ,, codem quidam membramaecus Seriverit: Impagata hip: Impraegnata S: Imparata Seriverius: Vide Gronov. Dintr. Stat. I, p. 433. Hand. vivo pudda vivas m. vivo p. victo Eleiusius. 14. ipas hi tradit XACabehlsw

Mirator veterum senex avorum
Donet Phidiaci toreuma caeli,
Venator leporem, colonus haedum,
Piscator ferat aequorum rapinas.
Si mittit sua quisque, quid poetam
Missurum tibi, Restitute, credis?

20

15

### LXXXVIII.

Omnes persequeris praetorum, Cotta, locellos Accipis et ceras. Officiosus homo es.

### LXXXIX.

Inno labor, Polyclite, tuus et gloria felix,
 Phidiacae cuperent quam meruisse manus,
 Ore nitet tanto, quanto superasset in Ida
 Iudice convictas non dubitante deas.
 Iunonem, Polyclite, suam nisi frater amaret,
 Iunonem poterat frater amare tuam.

5

### XC.

Quid vellis vetulum, Ligeia, cunnum? Quid busti cineres tui lacessis? Tales munditiae decent puellas. Nam tu iam nec anus potes videri.

LXXXIX, 1. 5. Polyclete
1. 5. 9. Ligella

3. superesset

XC,

LXXXVIII. Ad Cottam O. 1. prosequeris h practorem b Cocta Pab 2. cenas o: signa supersor. h

LXXXIX. De statua Iunonis O. 1.5. Polyclite P: Policlite bs: Policrete e: Polyclete reliqui. tuos pr.h: tua gloria caeli Soriverius: tuis et gloria caelis vel Iuno tuus—labos Heinsius. 2. peperisse Heinsius. 3. Ide Pabsw 4. convinctas x; convictus bh: coniunctas, edd. vett. et aliquat mss. teste Grutero.

XG. \* Ad Ligiam T: In Ligotlam Q. 1. Quis a, velis T Ligeia P: Ligea T: Ligella reliqui. cunnum] menstrum T 2. Qui a Qui post cine villa cossit T 3. nundiciae T. 4. Iam Ta

<sup>16.</sup> Donec abs 17. edem T 18. rapinam AChlpoX 19. Si nectit sw poeta l [20. om. XAClp.] credis]

5 Istud, crede mihi, Ligeia, belle
Non mater facit Hectoris, sed uxer.
Erras, si tibi cunnus hic videtur,
Ad quem mentula pertinere desit.
Quare si pudor est, Ligeia, neli
10 Barbam vellere mortuo leoni.

### XCI.

Omnes ennuchos habet Almo, nec arrigit ipse, Et queritar, pariat quod sua Polla nihil.

### XCII.

Quo cive prisca gloriatur Atina,
Has tibi gemellas barbari decus luci
Commendo pinus ilicesque Faunorum

Et semidocta vilici manu structas
Tonantis aras horridique Silvani,
Quas pinxit agni saepe sanguis aut haedi,
Dominamque sancti virginem deam templi,
Et quem sororis hospitem vides castae

Martem mearum principem Kalendarum,
Et delicatae laureum nemus Florae,
In quod Priapo persequente confugit.

# XCII, 7. tinxit

<sup>5.</sup> Ligola P: Ligoa T: Lagella o: Ligolla reliqui. velle m
7. ait tibi munus T hoc O 8. At T 9. eat om.h
Ligola P: Ligia T: Ligolla reliqui.

XCI. \* De Almone TO. 1. eunochos T

XCII. Ad Marrium X. quietis 1. Marri XC: Care m h [2.3. transponunt XAh et fortasse alii ex Oudendorpianis.]
2. civa h gloriantur c Attina O: trina c Quo prisca cive 3. gemella P gloria atine s 4. fanorum X 5. semel 6. haras A toridique . 7. pinxit XACD et duo Soriverii: tixit a: tinxit reliqui cum "innumeris codicibus" Soriverii. anguis A: angius X ot haedi Ouna: aut haedi reliqui cum 10. Matrom Innianae. vindicom vel pracsidom Heinsius. 11. dedicatae ? lauream h 12. In quot se In quo Priapum ? persequentem X? O Pacswz

Hoc omne agelli mite parvuli numen Seu tu cruore, sive ture placabis: "Ubicunque vester Martialis est," dices, "Hac, ecce, mecum dextera litat vobia Absens sacerdos; vos putate praesentem Et date duobus quidquid alter optabit."

# XCIII.

Si prior Euganeas, Clemens, Helicaonis oras Pictaque pampineis videris arva iugis, Perfer Atestinae nondum vulgata Sabinae Carmina, purpurea sed modo culta toga. Ut rosa delectat, metitur quae pollice primo, Sic nova, nec mento sordida charta iuvat.

# XCIV.

Non mea Massylus servat pomaria serpens, Regius Alcinoi nec mihi servit ager, Sed Nomentana securus germinat hortus Arbore, nec furem plumbea mala timent.

# 18. optarit.

<sup>13.</sup> omnes l' mitte XAh 14. seu ture hizo 15. vester est Martialis est dices s: Martialis vester h' noster Olzana es b 16. Hac XP et Gryphianae: Heic \mu: En \( cz\pi \): Hac reliqui. 17. Apsens X potate XA: putat \( asw \) 18. optarit Ohuna: optabit \( oum \) reliquis PU.

XCIII. Ad Clementem X.

Clemens] demens bh: ieris O

Helicaonis (Helichaonis h) oras AN
(horas P) corr.h et palatinus alter: Helicanis horas XA: Helicaonis
(Eliconis O) in oras (aras bomo et pr.h) reliqui.

Estinae P

4. si modo B

culta XX et ,, optimae membranae" Seriverii: succulta A: luta B: culta toga om. Y cum spatio vacuo: suta reliqui.

5. metitur quae] mettiusque XA: metius (metuis sw) quam Casw

6. Sic mea m

nec merito chriswog B: ne merito p

XCIV. De pomario suo X.

1. Non mica XA: Non mihi

X Massilus A: Massalius c servet X, qui tria postrena verba.

a m. sec. habet.

2. Alcioni \( \phi \)

nat P: isterminat XA: terminat Calpsio hertum 1

5 Haec igitur media quae sunt modo nata Subura Mittimus auctumni cerea poma mei.

# XCV.

Infantem tibi vir, tibi, Galla remisit adulter. Hi, puto, non dubie se futuisse negant.

# XCVI.

Saepe loquar nimium gentes quod, Avite, remotas, Miraris, Latia factus in urbe senex,

Auriferumque Tagum sitiam patriumque Salonem Et repetam saturae sordida rura casae.

5 Illa placet tellus, in qua res parva beatum Me facit et tenues luxuriantur opes.

Pascitur hic, ibi pascit ager; tepet igne maligno Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.

Hic pretiosa fames conturbatorque macellus; Mensa ibi divitiis ruris operta sui.

Quattuor hic aestate togae pluresve teruntur; Auctumnis ibi me quattuor una tegit.

I, cole nunc reges, quidquid non praestat amicus, Cum praestare tibi possit, Avite, locus.

### XCVII.

Dum levis arsura struitur Libitina papyro, Dum myrrham et casiam flebilis uxor emit,

<sup>5.</sup> Nec igitur b medio k mode] miki Opsa: mode sum relignis UPm. nota 19 (? now P) sub umbra b 6. dutunni q

XCV. Ad Gallam X.

1. tibi om. Cabos: nunc zg: iam

us adultum bous et pr.h

negat XCaomswq: neget 

2. Imputo X: Hic puto Cabohmszq

negat XCaomswq: neget 

us

XCVI. Ad Avitum X. [2. om. h-] S. Anferumque X Siciam  $\varphi$ : sic iam Pb: Scitiam Cl: satiam A portumque Bi tetricumque e 4. Et re tam P saturae] patriae X cosae s 6. faciat P et beatum tennes m luxoriantur XA 7. tibi XAl et Gryphianae: ubi C 9. conturbaturque Opmus conturbatrixque X: conturbatorque eum reliquis 1P macellus Orzumapp: macelli reliqui cum XBm: conturbatore macello Heinsius. 10. oparta X 12. Autumnus h 13. nee e modo praestat m 14. posset XAbq Avite] amice P

XCVII. \* De Numa TX. 1. Gum Cb levie] locus t arturo TOano Libytina papiro T papyro] nomen proprium requirit Heinsius. 2. murram TXA: marrham, corr. mirrham, P: mirram et myrram plerique. casias T fletibus X

Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato Heredem scripsit me Numa: convaluit.

### XCVIII.

Addat cum mihi Caecubum minister Idaeo resolutior cinaedo,
Quo nec filia cultior nec uxor,
Nec mater tua, neo soror recumbit,
Vis spectem potius tuas lacernas
Aut citrum vetus Indicosque dentes?
Suspectus tibi ne tamen recumbam,
Praesta de grege sordidaque villa
Tonsos, horridulos, rudes, pusillos
Hircosi mihi filios subulci.
Perdet te dolor hic: habere, Publi,
Mores non potes hos et hos ministros.

10

### XCIX.

Si Romana forent haec Socratis ora, fuissent Iulius in Satyris qualia Rufus habet.

### C.

Quid, stulte, nostris versibus tuos misces? Cum litigante quid tibi, miser, libro! Quid congregare cum leonibus vulpes Aquilisque similes facere noctas quaeris?

<sup>3.</sup> scriba A: scrobrae b pollinctore TOaszuza: polinctore gl: pollictore w: pollectore XAClp: collectore bohP et Beverlandi C. paratis Heinsius.

XCVIII. Ad Publium X. 3. cultor  $\varphi$  5. kucernas XAP 6. Ut ACh: Et Obchexpusa: Aut reliqui qum P. curum s: atrum  $\varphi$  7. ne tam XAC: me tamen  $\mu$ s: nec tamen boll 10, filio X 11. Praedet A dolor XQamsuzqAP (! pudor P): pudor reliqui, habere] abice h 12. et hos }

XCIX, De Rufo X. 1, foret X ora] illa l fuisset XA: luisse P 2. Illius um Saturis X

C. \* Ad poetsm imperitum TX. [1.2. cm. T.] 2. littigatem XA: litiganti 1 4. Aquilis quid XC: Aliquis qui A: Aquilis quae P non tung A

Habeas licebit alterum pedem Ladae, Inepte, frustra crure ligneo curres.

### CI.

Elysio redeat si forte remissus ab agro Ille suo felix Caesare Gabba vetus, Qui Capitolinum pariter Gabbamque iocantes . Audierit, dicet: "Rustice Gabba, tace."

### CII.

Pua factus ratione sit requiris, Qui nunquam futuit, pater Philaenus? Gaditanus, Avite, dicat istud, Qui scribit nihil et tamen poeta est.

### CIII.

Municipes, Augusta mihi quos Bilbilis acri Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis, Ecquid laeta iuvat vestri vos gloria vatis? Nam decus et nomen famaque vestra sumus.

CII, 2. Philoenus? CIII, 2. rapidus

